
G. Olavius.

Novem ex Davidis Psalmis selectiss. vario carminum genere decantati.


Rost. 1620.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

1,-101.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 00984 3

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

NOVEM
EX PSALMIS
DAVIDIS SELECTISSI-
MIS, VARIO CARMINUM GE-
nere decantatos, & adumbratos, ſtu-
dio & diligentiâ

GEORGII OLAVII
CIMBRI, H. P. H.

tàm

TRIBUS ILLUSTRISSIMIS
Principibus, Fratribus Germanis, ani-
mo humili & ſubjecto contextos
& oblatos No 35

Quàm

Antiquâ ſplendore & ſtemmate no-
biliſsimis viris & generoſiſsimis: nec non rei
bellicæ expertiſsimis, dedicatos
& conſecratos:

reliquisq; viris
ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DUCI
Synderburgenſi ſedulò inſervientibus, amicis &
fautoribus ſuis unicè colendis, exhibet & offert author.

(?)

ROSTOCHI, Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

TRIA PATRUM DICTA INSIGNIA de utilitate & fructu lectionis Pſalmorum.

Basilius.

Liber Pſalmorum ex omnibus ſcriptis divinis utiliſsimus eſt: prædicit quæ futura erunt, quæ geſta ſunt commemorat, legem vitæ ſancit, admonet quæ facienda & quæ omittenda.

Chrisostomus.

Mundus non tam ſole, quam Eccleſia Pſalterio eget.

Lutherus.

De ſingulis ferè neceſsitatibus, quæ homini Chriſtiano offerri poſſunt certæ preces reperiuntur in Pſalmis.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

Præfatio Authoris.

VEre & appoſitè ſcripſerunt permulti plurima de pſalmorum præſtantia, tum veteres, tum recentiores, quod nimirum lectio pſalmorum infinita ſit utilitas, ſive conſilium in difficultatibus, ſive præſidium in periculis, ſive conſolationem in adverſis petamus, ſive deniq; Dei laudes celebrare, eiq; gratias (ſicuti par eſt) agere ſtudeamus. Mihi verò iſta repetere modò non eſt animus, ſed exercitij cauſa novem carminum genera, hoc tempore hyemali elapſo conſcripſi cujus inſtituti mei ratio unica fuit, ne diſſimularem dona Dei in me collata. Neq; enim tam ſtultæ humilitatis ſum, ut ea diſſimulem quæ DEUS mihi præſtitit dona, quæ ab ipſo ſolo, benedicente & augente Spiritu Sancto indies, conſecutus ſum. Ex me ipſo ſanè, ſatis ſuperq; habeo quæ me humilient, & nihil eſſe doceant; in DEO certè ſuperbiendum eſt, in ſuis donis lætandum, triumphandum, gloriandum eſt mihi donec ſpiritus meus hos vitales regit artus. Valete igitur PRINCIPES ILLUSTRISSIMI, Nobiles rei bellicæ expertiſſimi, amici & fautores integerrimi; & ſtudinm hoc meum qualecunq; fronte ſereno, accipite: quos precibus meis cotidianis ſemper DEO TRINO & UNO commendatos eſſe volo, in quo omues Vos benè valere in perpetuas æternitates, peropto.

Ex paſtorali curia Hôropenſi
Prid. Calend. Julij,
Anno 1620.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

Epigramma ejuſdem
LECTORI BENEVOLO
Oblatum.

QUisquis habet pavidas tremebundo in pectore curas,
Acceptoq́; bonam vulnere quærit opē.
Pſalmographi inſpiciet divina poëmata Vatis,
Inveniet ſanè quæ mala quæq́; levent:
Omnia Pſalmographi divina poëmata vatis
Spe firmâ & forti pectore ferre jubent;
Et non ferre modò: Verum quoq́; pellere, ſi quis
Pectore de mœſto ſordida pulſa cupit?
Sive tuis nocuit rebus crudelior hoſtis,
Non alia citius pellitur hoſtis ope.

TRANS-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

TRANSLATIO PSALMI SECUNDI

Quare fremuerunt gentes &c. continens I. Genus Carminum, qui Pſalmus eſt προφητικός & conſtat pede Phalæcio.

PRINCIPI ILLUSTRISSIMO ET DOMINO

DN. CHRISTIANO,

HAEREDI NORVVEGIAE, DUCI SLESVVICI, Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſiæ Comiti in Oldenborch & Delmenhorſt, Domino ſuo clementiſsimo ex animo humili & ſubjecto offert author.

VERRUS I.

Quæ cunctos rabies agit popellos?
Quæ cauſæ fremitus novi? rebelles
Quis gentes agitat cruentus ardor?
Cur toto orbe tumultuantur omnes?
Cur tam frivola quilibet loquuntur
Et varias meditantur actiones?

Increpatio hostiũ Chriſti & Eccleſiæ.

VERSUS II.

En qui regna tenent VIRI imperantq́;
Multis partibus hujus orbis, & qui

Mimeſis hoſtium Eccleſiæ.

Subni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

Et cum Principibus truces Tyranni
Jurati veniunt ſubindè in unum,
Adverſus Dominum Deum potentem,
Et cudunt nova ſæpè cogitata,
Quæ C HRISTO *Domino nocere poſſint.*

VERS: III.

An ſic nos adamantinis eorum,
Dicentes, patiemur hic teneri
Nodis? rumpite ferreas Catenas
O fide ſocii, pudet ne Vincla,
Captivo violento ferre collo!
Quam ſervile diu jugemum feremur?

VERS: IV.

Commi-
natio.

Aſt ridebit eos ut impotentes,
Qui cœlos habitat, ſuumq; ſuprà
Nocturnas ſolium faces locavit:
Riſum (fabula tanquam annilis) illi
Cum præſtare nihil quæant, ſilebunt.

VERS: V.

Accenſus tamen alloquitur iſtos
Verbis, quæ poterunt D EUM *decêre,*
Iratum; ſed eis minus placebunt

Tunc

Tunc juſtus Deus *in ſuo furore*
Turbans frivola pacta, turbulenta
Rumpet fœdera, cogitationes,
Invanum rediget, nihilq́ poſſe
Oſtendet fieri minus ſciente,
Qui terras & aquas, polumq́ finxit.

Vers: VI.

Atqui (inquit Dominus) mihi tremendum, Chriſtus Rex Eccleſiæ.
Regem conſtitui ſuper Sionem
Qui mandata docens, meaſq́ leges,
Colles imperio premet ſacratos:
Hunc cinget diadema rege dignum
Illa conditio mihi placebit.

Vers: VII.

Rex fatur, ſine fine quam loquemur
Nam dixit Dominus mihi, ſerena, Chriſtus ſacerdos & Dominus.
Hac te progenui die parentis
Proles unica, gentiumq́ fortis,
O chariſſime gnate, liberator.

Vers: VIII.

A me quicquid erit, voleſq́ poſce:
Et fies ſubitò petitionum

(Cum

(Cum nil dextera noſtra larga poßit
Poſcenti tibi denegare) compos.

VERS: VIIII.

Tu mundo dominaberis capaci,
Sub te ſplendida quæq; regna cernes
Gentesq; imperio tuo parere
Et qui limite cunque continentur
Terræ, quoſq; Videre Titan,
Te Regem populi ſuum vocabunt.

VERS: X.

Sceptrũ eſt verbũ.

Tu virga rege ferrea ſceleſtos,
Et ſi qui pia juſſa non ſequuntur,
Verum pectora duriora caute.
Et quovis rigido gerunt metallo,
Horum ſaxea corda tunde ſceptro,
Ut teſtam fragilis luti, rebelles
Omnes, duraq; colla frange dextra.

VERS: XI.

Exhortatio ut hunc Sacerdotem audiant & huic Regi obediant.

Nunc ergo in populos quibus poteſtas
Eſt conceſſa, quibus regenda latæ
Sunt, permiſſa ſuperba ſceptra terræ,
Quiq; dicitis arcta jura Plebi:
Huc greſſum revocate, ferte retrò
Hæc veſtigia devij profundas
Veſtris pellite mentibus tenebras.

VERS:

Verum quærite, perpetrate juſta,
Æternum Dominum Deum colentes,
Cum magno veneramini timore.
Huic ſervite, jugo ſuperba ſancto
Colla ſubdite, cum tremore ſemper
Exſultate, Deo quis hic vel unam
Irato ſupereſſe poſſet horam?

VERS: XII.

Blandis excipite oſculis frequentes
Quem miſit rutilo parens Olympo,
Ne Juſto DEUS *in ſuo furore*
Induret miſeros, iterq; latum
Ad triſtes ſiciat ire Ditis umbras.
Nam ſicut violenta flamma, quodvis
Vertit in nihilum potentis ira:
Felices nimis, & nimis beati
Qui ſuæ poſuere ſpem ſalutis,
In hoc, quo ſine ſempiterna vita
Nulli contingit, aut datur ſuperné.

Epiphonema & fructus regni hujus.

EJUSDEM ἐλεοστίχον AD DUCEM illuſtriſsimum

ChrIſtIanVs, MaIor frater, aDeſt VIrtVte præſtantI.

II. Genus Carminum

Sapphicum Est, Et Continet Paraphraſin Pſalmi Sexti, qui ἐλιχός *dicitur Domine ne in furore tuo arguas me &c.*

PRINCIPI

Illustrissimo FRIDERICO, Duci Slevvici, Hæredi Norvvegiæ, Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenborch & Delmenhorſt &c: Domino ſuo clementiſsimo author pacem & omne bonum per Jesum Christum optat.

Verſ: I.

Propoſitio ne perdas Deus miſerum peccatorem.

DUm tuum juſta Deus optime, iræ
Pectus exarſit, tua dum furore,
Aeſtuat mens, ne preme, parce quæſo
Parce precanti.
Dum ſacro noſtræ vitioſa labes
Mentis, ingentes animo dolores
Concitat, ne ſupplicium graveſq́;
Exige pœnas.

Verſ: II.

Sed quod eſt ſoli proprium potenti
Eleva lapſum, miſerere preſsi
Mole peccati, tacitiſq́; fractum
Reſpice curis.

Ecce

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

Ecce proſtratus jaceo furente
Peſte diri ſævitiæq́; morbi
Nec mihi jam mens eſt benè ſana in ægro
Corpore reſtat.

Verſ: III.

Quem tamen fine ſtatues ſuprime [illegible]
Ach Pater, quæ me cruciant, malorum!
Quam diu, quæſo, potes illud, æquo
Cernere vultu?

Verſ: IV.

Huc ſalutarem faciem reverte, 1. Ratio, quia miſericors eſt.
Admo ve dextram, fer opem, medullas
Devorant quæſtus, age, liberato
Faucibus orci.

Verſ: V.

Nam tuum ſanctum celebrare nomen, 2. Ratio ut celebreris.
Et nequit laudes iterare, triſtis
Quem ſemel vexit ſtygiæ paludis
Nauta per undas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

Verſ: VI.

3. Repetit magnitudinem doloris à gemitu & lachrymis.

Conſcijs mœſtos gemitus tenebris
Funde, lugubres renovo querelas
Queſtubus longum, querimonijsq́;
Tranſigo tempus:

Præ meis ſtrato lachrymis natante,
Singulis luctu madidum cubile
Noctibus reddo, hinc gravis excavavit
Lumina fletus

Verſ: VII.

Conſolatio &

Corporis præſtans vigor iſte noſtri,
Et color vultus perijt, peritq́;,
Indies dum me reprobæ cohortes
Undiq́; Cingunt.

Verſ: IIX.

Gratiarũ actio eſt, ſimulq́; exemplũ propoſitum, juvari & exaudiri pios.

Sed quid? hinc ito procul, hinc recede
Hinc gradum, retrò furibunda flecte
Turba, quæ pridem ſcelerum nefanda
Semina ſpargis.

Verſ:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

Verſ: IX.

Qui polo ſolus reſidens ab alto
Omnium Rex eſt; lachrymationes
Ille percepit, faciliq; vota
Audit aure.

Verſ: X.

Ut metu ſævæ trepident cohortes
Hoſtium, nec quid meditentur ultra:
Qua fuga elabi, ſubitoq; terga
Vertere curſu.

REPETITIO *Verſus ultimi pede Phaleucio illuſtrata.*

Ecquid vos pudet ſceleſti?
Ecquid nunc trepidatis? ecquid, inquam
Terga obvertitis, & repentè magno
Perculſi fugitis pavore cuncti?

Επος ιχον *ejusdem ad eundem Ducem illuſtriſſimum.*

SIt FrIDerICVs In orbe, bonVs pater, optIMVs, heros.

GENUS III. CARMINUM EST ELEGIACUM & continet.

EXPOSITIONEM PSALMI SEPTIMI qui conſtat verſibus XVII, & eſt prorſus ἐλικός.

PRINCIPI AC DUCI

ILLUSTRISSIMO DOMINO PHILIPPO, Hæredi Norvvegiæ, Duci Slesvvici, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenborch & Delmenhorſt &c. Domino ſuo clementiſſimo animo humili & ſubjecto offert & dedicat author.

Verſus I. PErte, SALVATOR MUNDI, ter Maxime, ſolum
Hæret ſpes animæ non dubitata meæ.
Heus inimici ME violentis eripe telis
Qui miſero cædem perniticmq; parat?
Is Velut imbelles Lybicus cuſtode, fugato
Ne invadatq; Leo dilaceretq; greges.
Verſ: II. Lucripetri en animam diſcerpunt cæde Latrones
Dura, pro ME excubias, nullus amicus agit.
Verſ. III. Ipſe age ſi merui tales perſolvere pœnas
Nec falſi dicor Criminis eſſe reus.
Verſ: IV. Promeritos ultus malè ſi ſum damna rependens
Nec mea non dignis parcere cura fuit.
Verſ: V. Poſt caput infeſtis ſignis crudelior hoſtis
Martio jam profugo bella movendo, pĕtat.
Vult DEUS effuſo lætari ſanguine terris
Exſcindens noſtri nominis omne decus.
Verſ: VI. Surge DEUS tandem juſtas accenſus ad iras
Perfidiæ vindex unicus eſſe ſoles.

Diripe

Diripe tu vires hoſtis, me redde, priori
Cui tua præfecit dextera firma loco.
Vociferando tuas populi nunc rurſus ad aras, Verſ:VII.
Te regem agnoſcant, & tibi thura ferant.
Xyſtus judicio percenſes omnia recto; Verſ;VIII.
Puniſq; ultrici crimina dira manu.

Excipe non dura clemens has aure querelas
Ultor ſis animæ (quod peto juſta) meæ.
Tunc erat impietas tandem & minitata ruinam, Verſ: IX.
Barbaries, ſanctis inſidioſa viris.

Fac foveat tantum divina potentia juſtos:
Abdita enim cordis perſpicis antra DEUS.
Attigit ætherei DOMINUS munimina ſcuti,
Quem candor meritis, ſimplicitaſq; juvant. Verſ: X.
Vnde Proles fovit & fulcit: reprobiſq; minatur Verſ: XI.
Interitum, & ſtygios mandat adire lacus.
Terra niſi properè legimus veſtigia retrò, Verſ:XII.
Jam gladium ſtringit cunctipotente manu.
Ore leves tendit arcus, acuitq; ſagittas,
Tinctaq; ſulphureis ſpicula torquet aquis.
Re, cui famoſo turgebat crimine venter,
Et umbris tantum ludificatus homo.

Monſtrans inſidias incauto, & foderat amplam,
Ut ruerem in caſſes præda petita, ſcrobem;
Utpote & in foviam cadit, auctoriſq; redundat
Omnis in infidum frauſq; doluſq; caput:
Sic tibi promeritas devoto pectore grates,
Quod me ſervaſti concino, ſumme Pater
Atq; nutu liber fraudum, liberq; periclis,
Uſq; tuas laudes, juſtitiamq; cantam.

Ritè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984

R itè ergo in jugulum tibi tela parata redibunt,
Quas in me fraudes texuet ipſe feres:
U tq; feram: Ipſe Deo, quas poſſum ſolvere, grates,
Juſticiâ nunquam deficiente Deo.
M ox nomen Venerabor olympia regna tenentis
Ora tibi ſolvam, gloria ſumma Deo.

TRIA Ἐποστίχα ejusdem eodem PRINCIPI ILLUſtriſſimo decantata PHILIPPO &c.

I. Continet nomen Principis illuſtriſsimi.

PhILIppVs MVsIsfaVIt: à Deo ergo ſoLo bonas ſperabit ſortes.

II. Continet votum authoris ad eundem.

PVto, aLtIſonans IehoVa, tanDeM eVIgILabIt.

III. Ex pſalmo enucleato deſumptum.

QVI ſpraVerIt In DoMIno, hVnC erIget.

Ἐποστίχον aliud ſpectans ad TRES FRATRES ILLUSTRISSIMOS GERMANOS.

IesVs, DVCes tres, fratres gerManos, protegat, foVeat & gubernet.

SE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-101 4° 984